

Bonissima
pax.

Pax autem est maximum boni & iocundissimum, sicut dicit Aug. quia cõius bonum, & per consequens diuinus: ex 2. lib. Eth. ergo &c. Rõdetur quod rationibus supra dictis præferit saluatio angelica, sed saluatio Christi bene præferit ratione profectis, tñ simpliciter loquedo saluatio angelica potest dici excellentior. Tum quia illa quae ista a Deo edita, & prolata principaliter. Tum quia saluatio angelica includit in se, & implicite continet etiam istam. Pax vobis, imo & vniuersaliter ois modos salutandi in sacra scriptura reperiunt. Nam reperitur quedam saluatio, quae est salus optatiua, ut Rex in aeternũ viuere: Et Salus rex 2. Reg. 16. Hæc autẽ ibi cõnectur, cum dicitur Ave; Item quedam saluatio inuenitur gratia desideratiua, vt Apostolus scribit. Gratia vobis &c. Hæc includitur ibi cum dicitur Gratia plena. Item quedam est gaudij. Tob. 5. Gaudium tibi sit semper. Et quedam pacis annũciatiua. Io. 20. Pax vobis. Et hæc includitur cũ dicitur Dñs tecum &c. Item quedam est benedictionis Ruth. 2. Benedicat tibi dñs. Hæc includitur cum dicitur: Benedicta tu in mulieribus. Et ita ex omnibus constata videtur. Itaque claret Dei charitas in tali saluatione destinata pro nostra salute &c.

§. 28. QVARE saluatio pro annũciatione domini debuit per Aue inchoari: Ratio quæstionis est quia modus salutandi per verbum secundum personam fieri habet seipso personaliter & non ab alio, vt patet cum dico alicui ex persona mea: Gaude, vel uale, & huiusmodi, sed Aue est verbum secundum personam, & angelus salutare debuit virginẽ non a seipso sed a Deo, ergo non debuit dicere Aue, sed potius gaudium tibi sit, aut simile, sicut Raphael salutauit Tobiam &c. Responderunt sicut Alber. super Missus est c. 64. & seq. quod cum duplex sit modus salutandi, videlicet per per seipsum & per alium, multo amabilius & nobilior est ille qui fit per seipsum, quod per alium: Hæc ergo saluatio amabilissima, & perfectissima non debuit fieri tanquam per absentem & per alium, sed tanquam presentem ad presentem, & per seipsum: Recto ergo modo presentialiter angelus per Aue saluatione inchoauit. Tum quia

Aur. Ros. Tom. 3.

Deus trinitas præsens præsentẽ uirginem salutauit. Tum quia angelus præsens uirgini nũciauit impleri optato, & ita Deus tam in angelo quam in uirgine præsens, quia ubique Deus præsens est, in præsentia per Aue salutauit angelo proloquente, & sic patet. Sicut videmus quod in præsentia regis loquitur uoluntatem regis referendo alicui in præsentia, quasi ex ore regis proloquens alicui palatini regi astanti, aut episcopus regi gratias &c.

SED cur non salutauit uirginem angelus dicendo Salue, sed Aue, nec alio modo salutandi, quocumque dicendo pax tibi, uel Gaude, aut salus tibi, & huiusmodi? Rõdetur sicut eundem Alb. supra. Primo dicendo, quod hic annũciabatur totius humane salutis inchoatio primo & principaliter, sed quia salus humana inchoatur per remotionem culpæ & miseriam ac penam, quod designat per Aue, sine uero, ergo saluatio sic debuit per Aue inchoari, nec debuit dici Salue, quod presentiam adeptæ salutis importat, & similiter de ly Gaude, & Pax tibi, quia hæc & huiusmodi pro futuro complenda erant, & sic patet. Secundo dicendo, quod super oia hoc uerbum, Aue, correspondet mysterio quo designabatur, quod maledictio Enæ in benedictione mutabatur Mariæ secundum Augustinum in sermone de

§. 29

Aug.

natiuitate. Nam hoc nomen Eua per litteras conuertendo sonat Aue. Ideo canit ecclesia: Sumens illud Aue Gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen Eue. Tertio dicendo, quod Eua impostum hoc nomen habuit post peccatum, quo omnes filios Adæ damnauit, quæ antea uirago, id est de uirgo supra uocabatur Genes. tertio. Eua autem interpretatur calamitas a candendo. lib. Catholico. Et quia Christus ex charitate uenit ab omnes peccatores, scilicet filios Eua a casu liberare, ideo dictum est Aue per conuersionem nominis huius Eua, ad designandum charitatem Dei ergo peccatores Salue autem, & gaude, & pax pertinet ad iustos, ergo &c.

QUALITER beata uirgo per Aue salutata sine omni uero sit dicta, cum scilicet tunc erat in hac misera uita: Rõdetur secundum Alb. super Missus est, ca. 64. &

§. 30

G. sequen.

Duplex
saluandi
modus.

Hic dicitur
ibidem non
est in die
et non

mod.